UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

X. Ritter Hasso von Haselow räumt dem Kloster Marienwalde das auschließende Recht der Stauung des Wassers der Seen Starutz und Cossin ein, am 15. August 1310.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

bis et noſtris ſucceſsoribus jugiter firma ſit et ſtabilis, ac in perpetuum perſeueret, Preſens ſcriptum conſcribi fecimus, Et noſtri Sigilli munimine ac Abbatiſse ſeu Conuentus eiuſdem loci communiri. Teſtes huius ſunt Bruningus, miles, dictus de Segeuelde, Joannes, plebanus in antiqua Plawe, Fredericus, plebanus in Mandelkou, Joannes, plebanus in Sarzit, et alii quam plures fidedigni. Datum Anno Incarnationis Chriſti M°. CCC°. X°., in clauſtro Retze in die Laurentii Martyris et Leuite.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 112.

X. Ritter Haſſo von Haſelow räumt dem Kloſter Marienwalde das ausſchließende Recht der Stauung des Waſſers der Seen Starutz und Coſſin ein, am 15. Auguſt 1310.

In nomine domini Amen. Ego Haſso de Haſelowe, miles, omnibus ad quos preſens ſcriptum deſertur ſalutem. Actiones quas mundus ordinat et diſponit ſepe delet ſucceſsus temporum, ſi non firmis literarum Characteribus muniantur, vnde diſcretorum virorum peritia ſolet eas per literas eternare. Hinc eſt quod notum eſse cupimus tam preſentis temporis quam futuri, quod reuerendus dominus Abbas ordinis Ciſtercienſis in Marienwalde, totusque eiuſdem loci conuentus a nobis ſuis denariis talem libertatem compararunt, Quod Inundationem, que vulgariter Stowinge dicitur, ſtagnorum ipſorum videlicet Coſsin et Staritz, noſtros terminos ſeu agros attingentem, libere et abſque vlla Impetitione in perpetuum poſsidebunt, Nec nos ſiquidem, nec heredes, nec ſucceſsores noſtri ſeu quicunque poſsunt ſuboriri aliquod molendinum infra noſtrum ſtagnum Bukow et iam dicta ſtagna ſtruere debeamus nec quicquam, quod predicte inundationi ſtagnorum eſt aliquo modo impedibile vel nociuum. In huius ergo facti firmiorem memoriam preſentia conſcribi fecimus noſtri ſigilli munimine roborata. Teſtes vero huius rei ſunt dominus Ludekinus Senior de Wedele, Dominus Thidericus de Hytzdorff, Dominus Anſhelmus et Thydekinus, fratres, dicti Block, et alii quam plurimi ſatis digni. Datum Anno domini M°. CCC°. X°. In die aſsumptionis virginis glorioſe.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 81.